

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 23. Alii tumultus in Saxonia ob Religionis diversitatem exorti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

suæ Majestatis relinquetur: nihilominus hæc lis nonnisi Anno post Christum natum millesimo sexcentesimo quarto penitus decisa fuit.

**Sæcul. XVI.****A.C. 1592.**

### §. XXIII.

#### *Alii tumultus in Saxonia ob Religio- nis diversitatem exorti.*

Non minus hoc eodem anno Domini *Thuan. l. c.*  
*millesimo quingentesimo nonagesi- Spond. hoc*  
*mo secundo in Religionis negotio gra- ann. n. 13.*  
 ves tumultus in Saxonia Calvinistas in-  
 ter, & Lutheranos oriebantur; quippe  
 cum Fridericus Guilielmus Saxonæ  
 Administrator quemdam conventum  
 Torgaviæ celebraret, Provinciæ Ordi-  
 nes postulabant. I. Auctoritate Prin-  
 cipis famosi Sacramentariorum libelli  
 prohibeantur, atque in auctores cuncti  
 Magistratus poenam irrogent. II. Sin-  
 gularis inquisitio ac diligentia adhibea-  
 tur, ut Calvinianorum latentium, ac  
 se dissimulantium ratio ineatur, atque  
 a Scholis, Ecclesiis, ac administratio-  
 ne publica removeantur. III. Theo-  
 logi, qui carcere detinentur, tanquam  
 perjuri, & a concordiæ formula, cui  
 subscriperunt, perfide descifcentes, ac  
 criminum complices rursus interrogentur.  
 IV. Administrator in juvenis Prin-  
 cipis institutione summam curam adhi-  
 beat, virumque doctum, pium, & re-

R 2              ligioni

**Sæcul. XVI.** ligioni patriæ addictum, pueritiae ejus erudiendæ præficiat. His petitis annuebant Lutherani, moxque juxta hæc postulata decretum contra Calvinistas condebatur, ex quibus non pauci suos errores scriptotenus ejurarunt, apposito etiam suo chirographo. Praeterea scripto proponebantur articuli, in quibus Calvini, & Sacramentariorum doctrina a Confessione Augustana, & Lutheri hæresi differebat: demum vero illi, quorum fides suspecta erat, ad ejrandas hasce doctrinas vi adigebantur.

**A.C. 1592.**

§. XXIV.

*Lutherani mortuo Joanne Casimiro ad Palatinatum redire prohibiti.*

**Thu. l. 104.**

Sub idem tempus Calvinistæ vim sibi a Lutheranis illatam ulciscendi opportunam nanciscebantur occasionem, dum illos dextere præpediebant, ne prout tamen speraverant, post obitum Joannis Casimiri, qui Friderici Palatini Electoris Filius erat, ad Palatinatum redirent. Ceterum hic idem Princeps hoc anno die decima sexta Januarii vi vis eruptus tam Palatinatum, quam Electoralem dignitatem administrabat, Friderico Ludovici fratri sui Filio adhucdum tutorum potestati subiecto, hic vero ad Patris sui exemplum Protestantium, qui apud Helvetios, &

Gallo